cultor devotus. Qui genuit filium nomine
Waltbertum, qui et ipse ab infancia religio-
sus, cum factus esset vir, Romam causa
oracionis et devocionis et eciam reliquiarum
acquirendarum tetendit et reliquias
~~secum~~ se detulit, ut iam dictum est supra.
(Nota: Jn. t. l.) Waltbertus, Witkindi ducis nepos, genuit
quatuor filios, scilicet Theodericum, Witkin-
(Lynnod) dum, Lynnod et Regebern. Iste est Regebern,
(pugn.) qui pugnavit contra Danos Saxoniam
vastantes multoque tempore vicit eos et
(~~et deosfe~~ priam) ~~provinciam~~ patriam ~~liberavit~~ ab illorum incursibus usque
hodie. Et hii erant de stirpe Witkindi magni
ducis. Dimissis itaque aliis, Theoderici genea-
logiam prosequar, de quo principes Thurin-
(Misnen) gie, lantgravii et marchiones Misnenses
descenderunt. Et iste Theodericus pronepos
Witkindi scribitur in cronica de origine
principum marchionum, quam vidi in
Monte sereno sancti Petri, et eciam in cro-
nica ante episcopalis Merseburgensis fuisse
temporis primi Ottonis imperatoris
egregie libertatis vir et non scribitur dux,
cuius causam in cronica de Karolo Magno
sic reperi. Nam postquam Witkindus dux
(a/scq. acceperat de) cum omnibus principibus Saxonie fidem a
susceperat, Karolus instituit VIII episcopatus
in Saxonia et sustulit principatus dignitatem
(+f. CCXLVII b.) temporalem et constituit episcopos + principes,
ita quod temporales domini fecerunt homagia
episcopis, et hoc factum fuit pro conservacione
fidei, quia Saxones valde duri fuerunt contra
fidem et sepius prius a fide recesserant. Ut
ergo per episcopos tam spiritualiter quam secularites
aut temporaliter possent in fide preservari digni-
tates principatuum sustulit Karolus. Theo-